



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 9. In regionem longinquam. Peccatum regio est tam procul distans à Deo, vt dicat eo vsque nec manus suas, nec oculos posse pertingere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52962)

¶ 13 Quid Adamo: *Quid illi deerat* (quærit idem D. Aug.) *Dico tu mihi, quid illi deerat in paradiso constituto? Suis obsequi voluit cupiditatibus, frona dare voluptatibus, & deserto Deo, quid illi occurrit nisi lames, pestis, infirmitas, infortunia, diræ mors: Male vagus male proficiens, recedendo à via iustitiæ, &c.* Quid sibi boni speret Cain? quærit D. Clem. Alex.) à Deo profugus, nisi quod sacra signat pagina: *Egressus Cain à facie Domini, habitavit in terra Naid, contra Ead.* Interpretatio (inquit) *Naid est fluctus, eadem autem delicia.* A Deo namque recedens, in quo delicia, quies, pax verâ, quid nisi fluctus, iniquitatem, doloresque reperiret? Quam feliciter cuncta Lot euenerunt, dum confors Abraham, boni patris sui protegerit umbraculo, quem ut patrem reuereretur. Voluit se ab ipso sciungere & illico captivus à Barbaris abducitur, & omnis deinde eius facultas consumpta fuit igniq; tradita. *Ecce, inquit D. Chrysol. ut diuisus est à iusto, & punitus se in maiori esse libertate, & potiora se affectum, & abundare, resp. d. factus est seruus, carni domo, carnis & socio. Quam melius erat ei cum Patriarcha viuere, & omnia ferre, ne ab eo separaretur, qui separatus, & eiecit potioribus, in tanta reperit pericula incidi, & in barbarorum venit potestatem.*

¶ 14 Ad perpendiculum congruit, quod Dñs Hieremie præcepit: *Poside tibi lumbare lineæ, & ponas illud super lumbos tuos. Quamdiu illo Proph. tingebatur integrum conseruabatur, at discinctum, & iuxta riuum Euphratem separatam illicò computruit: Plangite eum, qui egreditur, plangite iuuenem incompositum, qui sibi blanditur, quod solutus ac liber, per offusas noctium tenebras quaquaerfum obambulet, armis instructus, suis vacans insipientis delicijs. Plangite filiâ male suadam, quæ noctis altissimo silentio, de matris exurgit latere dormientis, ut tantò liberius inhonestos misceat cum illo sermones, qui eam in pudicitie comatur trahere naufragium. In faultum plangite peccatorem, adeo bonis sensibus alienum ut Deo vertat humeros, suis inhiant voluptatibus, qui incedit, & exultat, quod à nemine redargutus, repressus, puellæ possit ades subintrare, ubi eum & mors & animæ ruina præstolatur: alius in suis deprehenditur contractibus vsurarijs, alter mundi immerfus vanitatibus. O ter infelices, miserimi mortuum: Ecce prædico vobis libertatem, ad gladium, ad pestem, ad famem. Hæc omnia in tuam edent ruinam, mortemque tibi parient sempiternam:* *Eccl. 11. 9. Latere iuuenis in adolescentia tua, & in bonis tuis Hieron. Bap. de Lanuzza Tom. II.*

semper sit cor, tuum. Cunctas percurte delicias (a) Desomnes species fructibus arbores, tuis laxa frana frutor voluptatibus: Hoc autem noteris, hæc in tuam dos los arbitrio stulte parari cuncta perditionem.

¶ 9. In regionem longinquam. Peccatum regio est tam procul distans à Deo, ut dicat eo vsque nec manus suas, nec oculos posse pertingere.

Quò proficiscitur adolefcentior: *In regionem longinquam.* Multa comprehendit paucis his verbis Christus mysteria, eaque gratissima. Illud (Peregrè) quod profectus dicitur adolefcentior infra declarabimus, modò placet inquirere, quæ sit illa regio longinqua, adeo à patre, ab ædibus distita, hæc (explicat D. Bern.) *Serm. de status est culpæ. Hæc vnica est & sola longinqua affect. qua à Deo regio: Longè a peccatoribus salus, cauit anim.* David tantà ab eo intèr capedine distita, ut eo *Ps. 118.* Dei manus non extendatur nec extendi possint, eo sensu, ut eam nec facere possint, nec ad illam faciendam dare subsidium. Ambigit nemo, potentes adeo manus esse diuinas, ut ad omnia pertingant, quancumque distita intervallo: *Si est regio ascendero in caelum tu illic es, si descendero in infernum num ades, &c. si habitauero in extremis maris, quæ eronim illuc manus tua de ducet me, & tenebit me dextera tua.* Sed nec ipsum tantò distidet nihil, quod licet distantia absit infinita, ut docent philosophi, aliquid tamen operatur in illo Deus, & ex illo quidquid, quomocumque, quociescumque placuit facit. Nihilominus, ad peccatum, implicat quod operetur. Hoc ex opinione D. August. signare voluit aquila illa celestis dum peccatum vocat: *(nihil) Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.*

Regio adeo longinqua, ut ad eius distantie declarationem, verbis vsus fuerit Propheta valde peregrinis, ac hyperbolicis: *Mundi sunt oculi tui, ne videas malum & respicere ad iniquitatem non poteris. Pellucidi sunt, tæteor, & lyncei ut vno icu, de cardine mundi, ad cardinem prospiciant alterum, ad omnes ætates, omnia penetrant tæpota à primò instanti ad vltimum vsque terminum: Opera omnis carnis corâ illo, & non est quid. Eccl. 39. quam absconditum ab oculis eius, à seculo, & vsq; 24. in seculum respicit, nihilominus de illis dicitur, quod ad illam non pertingant regionem: non quod non videant, quidquid in illa aut est, aut geritur: videt enim: cum illud & iudicaturus sit & puniurus, sed ut ostendatur quàm procul distet*



distet peccatum ab eo, quod ipse Deus, & agit, & fieri vult. Inde mirabilis ille agendi modus exponitur, quando Adamum à facie sua profugum, vt eum inueniret a'tius inclamavit: *Adam ubi es? Adam ubi es?* Num illum Domine, & cæcus non vides? Num oculis tuis profundum non patet abyssi, & cordis parent abscondita. Hoc de te prædicat Apostolus: *Non est ulla creatura invisibilis in conspectu eius: omnia autem nuda, & aperta sunt oculis eius.* Vera proloquitur: at hinc liquido constat, quàm longinqua fuerit illa regio, quo malè faustus secessit adolescens.

Hinc vera elicit Theologia, contra hæresim Pelagianam, infirmas omnes esse vires creaturarum, nec ullam creaturam, instar virtus cogitationis leuissimam, tota licet progrediatur æternitate, posse regredi, quòd peccator vno momento est iter emensus, dum se per peccatum à Deo segregat, nisi manum Deus applicet, quâ de via sua mala reducat, aberrantem; Perpende quantas temporis instanti perecurrunt regiones, quàm procul à discesserit, vt vitius suis regredi non possit millenis nec millenis annorum myriadibus, nec in omnem poterit æternitatem, nisi benigna Dei omnipotentia, pedes illi suggerat & remeandi potestatem. Hinc quoque colliges, quàm stulto nitaris consilio, existimans quòd momento à tantâ possis remeare distantia, dum mortem videbis appropinquantem; Auertat Deus ne tibi, quòd impijssimo Pharaoni, contingat, qui cursu adeò celeri maris aperti profunda transmittibat, tantum iam itineris perfecerat vt & parans regressum, fugam meditatus, curribus suis stante Deo eteris, tempus ad hoc non habuerit, sufficiens, proinde submersis pelagi fluctibus miser interiit.

¶ 24. Secundo: peritiam indicat Dominus adulescentis impudentiam, qui vt suis vacaret voluptatibus noluit proximus manere, vbi patris vel umbra vel possit adesse memoria: quia & hanc sibi credebat futuram impedimento, & frænum libertatis, verum peccatoris symbolum, qui sapè numero, vt tanto possit liberius uos inordinatos explere appetitus, tam procul à Deo secedit, talemque eligit statum, vbi namquam Dei eiusque domus sit commemoratio, quasi nullus esset Deus; nec quò tremendi pertingat umbra iudicii aut mortis, aut reddendæ rationis, aut beneficiorum, donorumque memoria: nec vella fat ingrati tudinis in talem patrem mentio, nec perditionis quàm incurrit, dura patris deserti protectionem, prælegatur le-

gato salutaris. De talibus loquitur, Apost. Tradiderunt semetipsos impudiciss. &c. Tales delerunt vates Oseeas. *Non dabunt Deo cogitationes suas* vt nec Dei quidem vlla superfit memoria, vel pia recurat menti cogitatio. Heu quàm longinqua distatque regio! Hinc teste D. Greg. cõsuevit Scriptura peccatoris statum, eamque regionem vmbra mortis appellare: *Habitantibus in regione vmbra mortis.* Zacharias quoque, Ioannis Baptistæ pater: *Hu qui in tenebris & vmbra mortis sedent.* Umbra dicitur mortis, vbi calor refrixit charitatis. Hoc enim indicabat Adam, qui post peccatum, ad arborum vmbra secesserat: *Quia meridi animi calorem perdidit.* Vocatur quoque regio mortis: *Quia sicut mors interimit vitam, ita obliuio extinguit memoriam.* Regio infelix, in qua peccator tam procul à Deo distat, vt nullam eius habeat memoriam, peior mortuis, sepulchris obliuioni traditis, de quibus nulla sit mentio, nisi ad summum leuiter & per modum transeuntis.

Hinc rationem auspicatur D. Aug. cur Christus resuscitatus de sepulchro Lazarum, terribili voce inclamarit: *Clamauit voce magna, Quis hic Domine modus vociferandi?* An de te tuus non prædixit Propheta Isaias: *Non clamabit, nec audietur vox eius foris:* quæ tanta premit clamoris ratio? Non tu ille, quales plures clamosi, qui dum domi loquuntur in foris vsq; clamosi percipiuntur, quid viget, cum vel mortuus linguae ex ipso nihil mille te credimus mundos posse procreare: *Vocat ea qua non sunt, tanquam ea qua sunt?* Voluit inquit Euthymius & Theophilactus) animam rescindere calumiam, quâ Iudæi detraherent inuidi miraculo, falsa quam habebant & docebant præsentione quòd homine mortuo, anima corpori vicina adesset, proinde tum temporis non adeò operosa esset Lazari resuscitatio: vt illa foret, si multo iam tempore discessisset, animam enim docebant tunc temporis longius discessisse. Quinimò & hæc spectat, vt sapio, princeps ille Synagogæ qui vt si hæc resuscitationem Chillo proponeret facillimam, sic ait: *Domine filia mea modo defuncta est, sed veni impone manum tuam super eam & uiuet.* Dñe modo exspnauit: adhuc anima corpori moratur vicina, quàm si vocaueris, vocè audiet, ad corpus continuo reuersura. Error hic erat stultorum, nihilominus noluit in hoc Christus Iudæi calumnias struerent æmuli miraculo, proinde voce magna clamauit: q. d. non adest anima proxima corpori, vt fabulam i, sed adeò procul distat, vt necesse sit clamore grandi vociferari.

¶ 11. Fugit peccator oculos Dei.

Ratio. ciferari. Logè aliud detegit hic D. Aug. Mysterium: illud scilicet. Notum est omnibus Lazarum sepulchrum symbolum esse peccatoris: voluit autem indicare, quam longè à Deo discedat, ut quo vox eius eo pertingat, corque peccatoris penetret obduratum, illudque permoueat, necesse sit illa tota diuinà suà extollatur omni potentia. Quàm ego procul à Deo, procul à vitâ peccator proficiscitur, *In regionem longinquam*? O quot dolemus in hac sepulchros longinqua regione, tantò à Deo distans intervallo, tã Dei cœlestique immemores, propriâ oblitos animæ, æternitatis gloriæ cœlestis, flammarum inextinguibiliu quasi nihil horum in rerum esset natura, velut Æsopi fabulas ac commenta, omnes Euangelicis credunt esse veritates, quæ passim illis proponuntur. Dico tibi, quantum elapsum est temporis, à quo Dei nullam habuisti memoriam: Quot præteriere dies, quibus de Deo nullam fecisti mentionem nec tuæ meministi obligationis: nec mentis oculis cœli gaudia cõtēplatus, inferni recordatus, quò passu celeri properas æternum perituros?

§. 10 Quo tendat, non attendit peccator: Ezechielis portento, iumentis Isaiæ, vaseque Zacharia præsignatus.

rerum inexpertes, inconstantes, inquieti proinde cum hoc nostro prodigo seipsum perdidit, qui ut amens domo paternâ discedens, præceptis, im, etuofus, expers consilijs, quas secum de rebus, consilijs per uis, auamen ve et inconfias, imprudensque adolefcens, totum quod contulerat, absorbit, quinimò & seipsum omnino perdidit, nisi in se reuersus, sui memoi parerem, domum denuò fuisset mediatus.

Huc conferamus Ionam fugientem à facie Domini, iter aggreditur, nescit s quo tenderet, lonæ cõ hoc solum i tendens, quo se longius à Deo segregat, velut fugiens inimicum totis contentis fugientia dit pedibus distare ab eo quã n longissimè hoc à facie ex interpretatione D. Hieron. significat his verbis Spiritus S. *Surrexit Ionas ut fugeret in Tharsis à facie Domini*. Credunt aliqui scribit ipse Ionam profectum in Tharsis Ciliciæ, alij Timas, ac nihil horum fuit: vox enim Tharsis ex phrasî S. Scripturæ, proprie significat mare. Hoc sensu dicitur: *Naves Tharsis*, q. d. Parum curæ erat lonæ, ad quem fugeret locum, sed hoc in votis habebat, fugere quò longius eò securius à facie Domini: *Propheta non ad certum fugere cupiebat locum, sed mare ingrediens, quocumque pergere festinabat*. In c. 1. Ionæ magis hoc conuenit fugiuis, q. timido, non lo-na To. 3. cum fuga otiose eligere, sed primam occasionem eligere nauigando De quo disputat luculenter Mr. Maluenda. Cum sua Ionas superbiã rapere, & temerarijs desiderijs præceptis, locum itineris quo tenderet nullum præfixit, sed fortunæ commisit, ut alter Elias de quo sic legimus: *Ubi quoque cumque eum ferebat voluntas, quam graphicè describit iter Dominus, quòd peccator ingreditur, qui nec attendit, nec perpendit, nec videre curat quo vadat, hoc vitium sibi præfigit, suorum motui desideriorum satisfacere, quo in viam fugamque rapitur inconsideratus.*

Præclare Patriarcha Iacob, dum de filijs suis Simeon & Levi mentionem facit iuuenem illorum regis Sichmorum filium, qui Dinam deflorauerat, indignat taurum. Sic enim habet ex lectione D. Chrysol. & D. Ambrosii. *In concupiscentia saluauerunt taurum*: quòd in nostra vulgata scribitur: *In voluntate sua suffocauerunt mulierem, cuius rationem allegat Li. om. habet hoc taurus sibi proprium, ut feriat oculis clausis, cœco feruens feratur impetu nesciens quem feriat, & hoc tum maxime quando vel parum moribus agitatur, præceptis quasquaversum currit corâ facie sua, quo eum imperus furoris abripit, unde communiter in præceptis d' apus colliditur. Ita iuuenis hic qui Dinæ cupiditate, ac facie venustate,*

II. D. HIER. In c. 1. Ionæ. Li. 5. An gere nauigando De quo disputat luculenter Mr. Maluenda. III. Peccator tauri cõpratur. Ho. 67. in Gen. ne patre. Gen. 49. 6 Gen. 49. Gen. 49. Gen. 49. Gen. 49.

III. Peccator tauri cõpratur. Ho. 67. in Gen. ne patre. Gen. 49. 6 Gen. 49. Gen. 49. Gen. 49.

Ratio. ciferari. Logè aliud detegit hic D. Aug. Mysterium: illud scilicet. Notum est omnibus Lazarum sepulchrum symbolum esse peccatoris: voluit autem indicare, quam longè à Deo discedat, ut quo vox eius eo pertingat, corque peccatoris penetret obduratum, illudque permoueat, necesse sit illa tota diuinà suã extollatur omni potentia. Quàm ego procul à Deo, procul à vitâ peccator proficiscitur, In regionem longinquam? O quot dolemus in hac sepulchros longinqua regione, tantò à Deo distans intervallo, tã Dei cœlestique immemores, propriâ oblitos animæ, æternitatis gloriæ cœlestis, flammarum inextinguibiliu quasi nihil horum in rerum esset natura, velut Æsopi fabulas ac commenta, omnes Euangelicis credunt esse veritates, quæ passim illis proponuntur. Dico tibi, quantum elapsum est temporis, à quo Dei nullam habuisti memoriam: Quot præteriere dies, quibus de Deo nullam fecisti mentionem nec tuæ meministi obligationis: nec mentis oculis cœli gaudia cõtēplatus, inferni recordatus, quò passu celeri properas æternum perituros?

¶ Orò principale, quantum arbitror hoc esse autumo, quòd Christus his verbis inuenit, rem scilicet notatam dignissimam, nescisse iuuenem: quo proficisceretur: discessit. *In regionem longinquam*, q. d. Mundum coram facie sua constituit & mundum perstravit, ut alius hebes dixit adolefcens, qui discedat, ac nesciat rationem discedendi, non locum quo tendat, sibi præfigens particulatam, hoc solum sibi proponit, illinc demigrare: liquido constabat, eum esset adolefcens, quòd suo nescius duceretur motuum impetu. Nota: Spiritus S. dum Roboam Patri Salomoni heres successit in regnum, populû ei libellum obtulisse supplicem, quo dignaretur onera siminere vectigalium, qui senioru cõcilio concilio quid facto opus sit interrogat, qui gravitate multâ ac prudentiã regi cõsuluerunt, ut iusta plebis petitioni benignius condescenderet. Demum iuniorum super hoc inquitur iudicium: *Cum iuuenibus tractare cepit*. Addit Spiritus S. *At illi responderunt ut iuuenes, quid his inuenit? Respiceret, imprudenter, inconsideratè responderunt: hoc enim iuuenibus est innatum: suis namque moribus imprudentes sunt impetuosi,*

